

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia s  
cum fontibus primis

Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet,

Antiquum dictum est:

auaro tam deest, quod habet, quam quod non habet.

Hieronimus Stridonensis, *Epistulae*, 53.11 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.464, ll.17-18).

quia aut non habita concupiscit ut habeat,  
aut habita metuit ne amittat,  
et dum in aduersis sperat prospera,  
in prosperis formidat aduersa.

Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat,  
securum tranquillumque esse nullatenus potest,  
quia aut non habita concupiscit ut habeat,  
aut adepta metuit ne amittat;  
et dum in aduersis sperat prospera,  
in prosperis formidat aduersa,  
huc illucque quasi quibusdam fluctibus uoluitur,  
ac per modos uarios rerum alternantium  
mutabilitate uersatur.

Ieronymus ibidem (in quodam sermone).

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.16 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1117, ll.4-10).